UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Clavdio Aqvavivae Praeposito Generali Societatis Iesv

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

# CLAVDIO AQVAVIVAE PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV

Ioannes Petrus Maffeius S. D.

QVAE parens & conditor noſtræ Societa-
tis Ignatius, auctore ac duce Deo geſ-
ſit in terris; ea profectò digna ſunt, in qui-
bus commendandis immortalitati, ſcri-
ptorum omnium certet induſtria. Id
licet fuit cauſſæ, cùm in eo munere alij non ſine [illegible]
& ingenij laude verſati ſint, cur ego quoq; delatam mihi
ad me à Patre noſtro Euerardo nonnullam huiuſce pro-
uinciæ partem, neq; ita grauatè receperim, & receptam,
ſi minus cum apparatu & copia, certè cum fide conatu-
Deo adiuuante confecerim. Nec ſanè dubium, quin, qui
talem mihi laborem iniunxerat, huic potiſſimum laboris
eius & operæ fructus ac prima libamina deberentur.
Nunc, quando, priuſquam in vulgus exeunt [illegible]
neceſſa-

nes meæ, ad beatos ipſius Ignatij complexus, vti ſperamus, ille deceßit; ei nempe qui in vtriusq; Præpoſiti locum & curas nutu diuino ſucceßit, optimo iure dicandæ fuerunt. Ac tibi quidem, Pater humaniſſime & optime, in præclarum illud exemplar dies noctesq́ue intuenti, minimè dubito quin opus hoc qualecunque, gratum acceptumq́ue futurum ſit. Cæteris vt perinde iucundum ac fructuoſum accidat; nimirum, ab IESV, tuis incenſis officio & caritate precibus & ſacrificijs impetrabis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN